ptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Equitorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Judicii vel Officii cuiusvis Regni sive etiam specialiter Judicii Terrestris vel Castrensis Capitanealis Belzensium Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Rebus simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis, et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ciołek Poniatowski Lasociney Deber. 144

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gnosus Ignatius Ciołek Poniatowski, olim Gnosi Adami Ciołek Poniatowski filius, sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet se cum successoribus Bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosae Agneti Chrząszczowna Generosi Alexandri Lasota Conjugi legitimae, eiusque Posteris, Summam Quingentorum Florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet Florenum Grossis Triginta Polonicalibus computando et numerando

certi, veri, iusti, et Liquidi Debiti, mutuatæque apud ipsam per se Recognoscentem pecuniæ, tenetur, atque debet, Quam quidem Summam suprascriptam Quingentorum Florenorum Polonicalium idem suprascriptus Recognoscens Generosus Ignatius Ciołek Poniatowski, se suosque Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus hæreditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus, Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascriptæ Generosæ Lasocińey Creditrici suæ, eiusque Posteris hinc et ab Acta præsenti pro Die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo proxime et immediate venturo realiter et in effectu solutiurum, et coram Officio Actisque præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus repositurum et velocturis repositamque et relictam rursus ab eodem Officio non effideiussurum, nec arestaturum, vel quovis alio modo solutionem summæ eiusdem præpediturum et impugnaturum inscribit et obligat præsentibus. Idque sub Vadio Simplis Summæ Quingentorum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Generosum Ignatium Ciołek Poniatowski, sive eius Posteros, supranum memoratæ Generosæ Lasocińey Creditrici suæ, vel eius Successoribus, ob non solutionem summæ suprascriptæ pro tempore et loco superius expressis ad solvendum Succumbendo: Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum succumbito ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda, Summaque ipsa principali non soluta solvenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Ignatius Ciołek Poniatowski, sive eius Successores, ad instantiam præfatæ Generosæ Agnetis Chrzęszczowna Generosi Alexandri Lasota Consortis Legitimæ Creditricis

sua, vel eius Posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes, exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Ldmis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventione, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alioquovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wierzbicka M. Krasinski Palatino Masoviae Cedit

Comparens personaliter Coram Officio et Actis